



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

38 Heliodorus, qui conatus fuit aerarium templi pecuniis spoliare, graves poenas sustinuit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ius habitatio: fœnum, ut bos comedit, & septem tempora super eum fuerunt mutata, ut in cap. 4. eod. lib.

37 Balthasar Rex ejus filius ꝑ præcepit jam temulentus, ut afferrentur dicta vasa aurea, & argentea, quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de dicto templo, ut biberent in eis Rex, & optimates ejus, uxoresque ejus, & concubinæ, quæ allata fuerunt, & biberunt in eis, ac propter eorundem vasorum profanationem, eadem nocte ab inimicis suis intefectus fuit idem Balthasar Rex Chaldæus, cui Darius Medus in Regnum successit, Dan. eod. lib. cap. 5.

38 Heliodorus autem, ꝑ qui totis viribus conatus fuit ex templo Hierosolymis ærarium pecuniis plenum spoliare, summo sacerdote recusante, & repugnante, apparuit ei quidam equus terribilem habens lesorem optimis operimentis adornatus, qui Heliodoro priores calcēs elisit. Alii etiam apparuerunt duo iuvenes virtute decori, optimi gloria, speeiosi que amictu, qui circumsteterunt Heliodorum, quem & ex utraque parte flagellabant sine intermissione, multis plagis verberantes, quibus subito concidit in terram, super qua jacebat mutus, atque omni spe, & salute privatus, donec Onias summus Sacerdos pro ipso oravit, qua oratione ita flagellatus convaleuit. Machab. lib. 2. cap. 1. & Ozias Rex, qui ingressus templum, ausus est incensum offerre ad altare, repugnantibus sacerdotibus, percussus est à lepra. 2. Paralipom. c. 26. & tunc quoq; terræ motus factus est, Amos cap. 1. S. Hier. super Esai. ad cap. 7. ad verba, & dixit Dominus, & Major. de admir. natu. reb. colloq. 1. pag. 54. vers. Ozias enim.

39 Antiochus quoque Rex, ꝑ qui templum spoliare tentavit, insanabili plaga percussus fuit, ita ut de ejus corpore vermes scaturirent, ac viventes in doloribus carnes ejus affligerent, odore etiam illius, & fœtore exercitus gravaretur, nec ipse jam fœtorem suum ferre posset, peregre in montibus miserabili obitu vita functus est, ut eodem lib. 2. Machab. cap. 9. & Petr. Ribaden. in tract. de reli. lib. 1. cap. 37. ante med.

Leo etiam Imperator Constantinopolitanus in templo S. Sophiæ accepit coronam auream valde pretiosam, quam Imperator Mauritius eidem templo obtulerat, in qua inter alia aderat carbunculus unus inestimabilis valoris, quam capiti suo imponendo, statim in eodem capite orta fuit apostema eodem carbunculi nomine nuncupata, qua decessit. Bap. Ign. in vita Leo. Blond. lib. 1. decad. 2. & Niceph. Calist. lib. 18. cap. 42. Milites quoque, cum violassent basilicam Sancti Vincentii Martyris apud Agarensem civitatem multos ibi ultio contivit: nam plerisque manus urebantur emittentes fumum magnum, sicut ex incendio surgere solet, nonnulli correpti à dæmone per energiam debacchantes martyre declamabant, plurimi verò servati à seditione propriis se jactibus sauciabant. Gregor. histor. lib. 7. cap. 21. & Baron. Ann. eccl. 588. p. 63. in fin. tom. 7.

40 Quanta enim observantia ꝑ Principes, atque Præfecti Provinciarum colunt loca sacra, ut, si repentino casu ea aliquando violari contigisset, eandem mox culpam lacrimis, & pœnitentia expiarent arbitrio sacerdotis, probat August. Epist. 6. in append. ubi ad Bonifacium Comitem ducem exercitus sibi maxima

R. amicitia